Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

proiecit in mare Adiutor et protector factus eſt mihi dominus
in ſalutem ℣ Currus pharaonis et exercitum eius proiecit
in mare Adiutor et protector factus Lectio quarta
Prepoſuit itaque eis magiſtros operum ut affli
geret eos oneribus Edificaueruntque urbes
tabernaculorum pharaoni phiton et Ramaſſes
Quantoque opprimebant eos tanto magis multi
plicabantur et creſcebant Oderantque filios iſrahel egy
ptii et affligebant illudentes eis atque ad amaritu
dinem perducebant uitam eorum operibus duris luti et
lateris omnique famulatu quo in terra operibus
premebantur Tu autem R I n mari uia tua et ſemite
tue in aquis multis Deduxiſti ſicut oues populum tuum
in manu moyſi et aaron ℣ Illuxerunt choruſcationes tue
orbi terre commota eſt et contremuit terra Deduxiſti
Lectio quinta Dixit autem rex egypti obſte
tricibus hebreorum quarum una uocabatur ſephora
Altera phua precipiens eis Quando obſtetricabitis he
breas et partus tempus aduenerit ſi maſculus fuerit
interficite eum ſi femina reſeruate Tu autem domine R
Ecce mitto angelum meum qui precedat te et cuſtodiat
ſemper obſerua et audi uocem meam et inimicus ero inimicis
tuis et affligentes te affligam Et precedat te angelus meus
℣ Iſrahel ſi me audieris non erit in te deus recens neque adora
bis deum alienum ego enim dominus Et precedat te Lectio ſexta
Timuerunt autem obſtetrices deum et non fecerunt
iuxta preceptum regis egypti ſed conſeruabant
mares Quibus ad ſe accerſitis Rex ait Quidnam
eſt hoc quod facere uoluiſtis ut pueros ſeruare
tis Que reſponderunt Non ſunt hebree ſicut egyptie
mulieres ipſe enim obſtetricandi habent ſcienciam et prius
quam ueniamus ad eas pariunt Tu autem R Qui
perſequebantur populum tuum domine demerſiſti eos in profundum
Et in columna nubis ductor eorum fuiſti domine ℣ Exclama
uerunt filii iſrahel in anguſtia ſua ad dominum et miſit eis ſalua
torem Et in columna nubis Lectio ſancti euangelii ſecundum Iohannem
In illo tempore Abiit ihesus trans mare galilee quod eſt
Tyberiadis et ſequebatur eum multitudo magna
quia uiderunt ſigna que faciebat ſuper his
qui infirmabantur Et reliqua Omelia uenerabilis